



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

13. Dies 8. Epiph. Domini. Nostrà culpâ à aberramus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

22 *Dies 7. infra Oct. Epiph.*

*Conf. 1.* Sicut qui naturæ ex Adamo lapsas suggestiones sequitur, in pejus semper vergit juxta illud Eccl. 7. *Quid nequius, quam quod excogitavit caro, & sanguis?* Sic qui gratia instinctibus fertur, ita semper in melius, est in difficultate quavis major, ut ait D. Augustinus 4. de verb. Dom. *Non sunt filii DEI, qui aguntur spiritu DEI: si autem spiritu DEI aguntur, pugnant*

*Conf. 2.* Cùm naturæ ex Adamo corruptus instinctus sit malum: bonum verò sit instinctus gratiæ: uti summo in odio habendum est id, quo nihil est nequius, nimirum caro & sanguine, & quæ ipsi excogitant, sic summo amore prosequenda est gratia, Dei quæ ratio, desideranda, atque in ea gaudendum ex toto.

*Conf. 3.* Quoniam ego ferar impetu, an rationis, an spiritus? id quod intelligam ex actionibus meis, & regulis discretionis S. P. Ign.

MEDITATIO XIII.

*Dies 8. Epiph. Domini.*

*Nostrâ culpâ à fine aberramus.*

**A**spiciam Dominum vocantem, me inveniensem. Petam abire à me.

*Conf. 1.* Dominum causâ mei in partum infantem mutatum: vocantem quem non se, & volentem congregare pullos tuos: *adverso me nolentem,*

*Conf. 2.* Ideo mihi illum bene velle, quia est medicus ad sanitatem, dives ad opulentiam, fons ad satietatem, omne bonum, ad sui communicationem mihi praestandam. Haec est causa cur de caelo descenderit.

*Conf. 3.* Ideone ego ad Deum accedere nolo, ne saner infirmus? ne ditescam egenus? ne siti tabescens satier? ne omni bono replear destitutus omni bono? si aliam causam meliorem assignare nescio, vel mente careo, vel fide, Deum sequi nolens. Iterabo colloquiū medic. 5. & 8. factum, rogaboque conformari DEO meo: quod fiet, si fuero 1. ejus sapientiam imbutus. 2. amore donatus. 3. opere perfectus. 4. patientiam roboratus. 5. Perseverantiam completus.

MEDITATIO XIV.

Dominica 1. Epiphaniae.

*Deus Incarnatus exemplum obedientiae.*

**A**spiciam **D**IESVM **O**bediend**O** **M**ARIAE & Iosepho vitae Evangelicae tirocinia penitentem. Petam lumen, & gratiam eum imitandi.

*Conf. 1.* Obedientiam esse promptam hominis voluntatem ad implendam voluntatem alterius, scilicet praecipientis.

*Conf. 2.* Incitamenta ad Obedientiam 1. quia est janua charitatis in Deum, & ad omnes virtutes, earumque sine ullo errore perfectio.